



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus**

**Lessius, Leonardus**

**Antverpiæ, 1632**

6 Vtrù[m] omnis prædictio ex astris sit illicita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

Si tertio modo, vel considerantur lineamenta manus, & haec dicitur *χειροπαντελα*; vel frontis, & dicitur *μετωποπαντελα*; vel dorfi, & dicitur *νετοπαντελα*; & alia huius generis.

Ad hos modos reducitur diuinatio, quae ex motu, situ, voce, numero, lineamentis aliorum animalium, vel aliarum rerum capit; omnium enim eadem est ratio, nec differunt nisi materialiter.

**31** Tertia species, quae capitur ex iis, quae fortuitò ex actione humana ad diuinandum directa proueniant, fit etiam variis modis, ut rectè docet diuus Thomas q. 95. art. 3. sed omnes pertinent ad sortes, de quibus infra dub. 8.

Notandum est, omnes modos diuinandi secundæ & tertiae speciei, ex genere suo esse peccata mortifera; vt docent omnes Doctores: cuius rationem infra dub. 5. & 6. adferam. Raro autem per simplicitatem excusari possunt; quia qui volunt diuinare de futuris, non sunt simplices, sed versuti, & plerumque maligni. in vanis tamen obseruationibus ad proximam pertinentibus, est facilior excusatio; hic enim non intenditur predictio, sed cautio alicuius mali, vel prosper successus, ut infra dicetur; in quibus homines facile sunt creduli, ex affectu commodi, vel incommode timore. Quomodo in istis speciebus sit iuocatio implicita demonis & superstitionis, dicitur infra num. 36. 37. 47. 52. & 62.

### D U B I T A T I O VI.

*Vtrum omnis predictio ex astris sit illicita.*

D. Thomas art. 5.

**32** Respondeo breuiter, Non omnis predictio ex astris per se illicita est, sed eorum tantum euentuum, quorum astra causa esse non possunt; ut sunt ea, quae ex libero arbitrio, tamquam inter-  
gro vel partiali principio pendent.

Hinc distingui solet duplex Astrologia, *Naturalis & Iudicaria.*

*Naturalis* est, quae ex astrorum, maximè planeta-  
rum ortu, occasu, coniunctione, oppositione, va-  
riisque aspectu tum inter se, tum ad stellas fixas; item ex colore, scintillatione seu micatione, de fu-  
turi elementorum affectionibus coniccat; ut de  
serenitate, pluvijs, tempestatibus, nubibus, gran-  
dine, aëstu, frigore, & similibus, quae à cælo pen-  
dent, de quibus multa Virgilius in Georgicis, &  
Aratus in Phænomenis. Hæc non est quidem pro-  
hibita; tamen magna ex parte est incerta & pàrum  
villis; excepta ea parte, quae sumitur ex ortu, occa-  
su, aspectu, & colore solis ac luna. nam virtus re-  
liquorum astrorum est valde obscura, & omnis ex-  
perientia, quæ de illis haberi potest, incerta. Pri-  
mo, Quia sciri non potest an talis effectus proueniat à sideri, v.g. Veneris, an Iouis, an aliunde. Se-  
condo, Numquam haec tenus idem aspectus side-  
ri restitutus est; idq; ob morum proprium sphæ-  
ra octauæ & nona: & sic nulla certa experientia capi potuit. Tertio, Quia ex aliis causis, ut à ven-  
tis, vaporibus, aëstu, frigore, aëi potest esse varie  
effectus; vnde facile actionem siderum variabit,  
varia enim affectio medij mutat actiones causarum.  
Quarto, Denique ut quis aliquid certi in particu-

lari possit prædicere ex astris, multa scire debet, quæ humanam scientiā longè superant. Primum enim perspectas habere debet omnes astrorum proprias virtutes: si enim aliqua illum latet, non potest scire an effectus non impediatur. Deinde non solum quid singula per se possunt, sed etiam quid coniunctim, & in quoquis aspectu, v.g. in aspectu trigono, tetragono, hexagono, opposi-  
Quoniam  
ad predi-  
cationes Astro-  
logicas.  
Præterea simul considerare debet, quid omnibus locis operentur, ne forte alibi quid faciant, quod effectum hoc loco impediatur. Sapè videmus nu-  
bes imbrui grauidas & ad pluviam proxime paratas, discuti à ventis alibi excitatis, ne hīc se ef-  
fundant. Vnde patet quām hēc res sit supra facul-  
tatem humanam, & quām vanæ sint prædictio-  
nes, quæ quotannis euigantur per Ephemerides. quām & hoc, ex euenti, qui raro respondet, satis cognosci poslit. Vnde Ioannes Picus lib. 2. contra Astrologos cap. 9. art. ex 130. prædictioni-  
bus nobilissimi cuiusdam Mathematici de muta-  
tione cœli & aëre, se, exhibita accurata obserua-  
tione, tantum 7. veras deprehendit, idque iure-  
irando confirmat.

Quod si de pluviis, ventis, & similibus, certò 34  
aut multū probabiliter prouintiare nō possunt, De tempo-  
rumq; temperamentis; vt hunc fore iracundum, aëris &  
melancholicum, &c. quia horā nativitatis illius, hora nativitatis non  
potest pre-  
dicti prob-  
abiliter  
indicari.  
multò minùs de inclinationibus hominum, co-  
rumq; temperamentis; vt hunc fore iracundum, aëris &  
melancholicum, &c. quia horā nativitatis illius, hora nativitatis non  
potest pre-  
dicti prob-  
abiliter  
indicari.  
nam in iēto oculi omnis aspectus siderum muta-  
tur, tum inter se, tum respectu prolis. cælum enim  
octauum intra centesimam vnius horæ participa-  
lam plusquam trecenta millia milliarum cōficit;   
vt ex doctrina Astronomorum patet: quam veloci-  
tatem inferiores orbes in suis gradibus nō ex-  
quuntur. Tertiò, Quia gemini finali editi sapè di-  
uerfissimas habent propensiones, temperamenta,  
mores, euenti; vt patuit in Esau & Iacob.

Si dicas id fieri quia aliqua pars nascendi mo-  
ra intercedit, quæ in tanta cœli perniciitate mag-  
nam adducit mutationem: iam singula membra  
debet habere diuersa temperamenta & fata;   
vt pulchre contra Astrologos ratiocinatur beatus Gregorius homil. ro. in Euangel. Quartò, Quia ad hēc prædicenda non erat confidendum punctum nativitatis, sed animationis in vtero, quod sciri nequit. non enim minùs astra agunt in infan-  
tem, quando est in vtero, quām dum egreditur. si enim vis eorum tene in profunda terra penetrat,  
quāt magis in vterum maternum? Confirmatur,  
quia tunc maximè astralios effectus imprime-  
re debent, quando fœtus est tenerrimus; hoc autem est tempore animationis, & reliquo, quo ex-  
isti in vtero. Itaq; mera amenia est ex aspectu si-  
derum, qui tempore nativitatis viger, velle de-  
tempore vel inclinationibus prolis iudicare.

Adverte tamen, hoc iudicium, si vterius non procedat, sed sisit in naturalibus affectibus & Naturalis  
Astrologia  
non est per  
se peccati.  
temperamento, non esse damnatum per Canones aut

*Qua parte  
sit utilis.*

*Cur inter-  
ta expe-  
riencia.*

aut Leges; sed permitti, sicut multa alia friuola, quæ per se noxia non sunt, permittuntur.

*Astrologia iudicaria* est, quæ aspectu siderum obseruato iudicat de futuris eventis à libero arbitrio aliqua ratione dependentibus; vt de conditione vite, de matrimoniis, de liberis, honoribus, opibus, de infortuniis, inimicitiis, preliis, exilio, carcere, morte, aliisque casibus humanis. Interdum iudicat etiam de præteritis ex praesenti constillatione; vt docet Origenes apud Eusebium l. 6. Preparat. euangel. cap. 9. vt quis huius sit pars, cuius fortuna & conditionis fuerit, quis furtum vel homicidium commiserit, huius cultores vocantur Astrologi, Genethliaci, Mathematici, (quamvis alias hoc nomen honestum sit) & aliquando Chaldaei; quia hi præcipue huic vanitati erant dediti. Scriptura vocat *augures*, Isa. 47.

*Eft peccatum mortiferum.* Huius Astrologiae vlus est per se malus & grave peccatum mortiferum.  
Probatur Primi, Ex Scriptura, Deut. i. 8. *Genites isife, quarum possidebitis terram, augures & diuinos consulunt; ut autem aliter a Domino Deo tuo institueris es, vbi per augures intelligitur Astrologi, vt docent Hebrei; & colligitur aperte Isa. 47. Stent & saluent te augures cali, (Sept. Astrologi cali) qui contemplabantur sidera, & supplicabantur menses, ut tibi vera predicerent. Vbi etiam insinuat Propheta, ex aliis non posse calamitates bellorum & eversiones regnum prædicti. Item. io. *A signis cali nolite mettere, que timent gentes: quia leges populorum vanæ sunt.**

Secundò, Probatore ex virro, Iure:nam L. Ne-  
mo. & L. Eti. C. de maleficis & Mathematicis;  
iubetur puniri Astrologi iudicarij eodem modo,  
quo Necromantici & alij magi. Et in Concilio  
Tolet. i. cap. vltim. dicitur: *Si quis Astrologia vel*  
*Mathesi credendam esse duxerit, anathema sit.* Vi-  
de plurima de his in Decreto 26. qu. 3. 4. 5.

Tertio, Quia omnes Patres hanc dabant. Vide de præ ceteris D. Augustinum lib. 2. de Genesi ad litteram cap. 17. & lib. 2. de doctrina Christi. c. 21. 22. 23. 24. lib. 5. de ciuit. cap. 1. & sequentibus, quibus locis contra hanc vanitatem fusæ disputarunt, & ostendit eam pertinere ad occulta cum dæmonibus commercia. Idem post expositionem Psal. 61. agit de penitentiâ cuiusdam Mathematici, quem & libros comburere, & publicam penitentiam agere coegerit. Vide etiam Ciceronem lib. 2. de diuinat. & Phaorinum in disceptatione contra Chaldaeos, apud Gellium lib. 14. noct. Atticarum cap. 1. vbi haec Astrologia refutatur: denique disputationem Bardesani Syri & Origenis contra eosdem, apud Euzebium, de Præparatione euang. lib. 6. cap. 8. & 9.

36 Quartò, Probatur ratione : Primo, Quia hæc diuinatio supponit actiones humanas pendere à stellis; quod est grauis error contra fidem; inducit enim fatum, & consequenter tollit liberum arbitrium. Deumque facit auerorem peccatorum; vt eleganter ostendit Origenes apud Eusebium, supra. vnde omnes antiqui Astrologi posuerunt *Fatum* tamquam fundamentum suæ artis, quod dicebant esse imutabilem omnium euæcum distinctionem, à stellis dependentem; vt testatur O- rigenes suprà, & Augustinus lib. 5. de ciuit. cap. 1.

Secundo, Vtendo hæc diuinatione subfici te discipline diaboli, ex cuius traditione, per homines curiosos ab ipso deceptos, regulae huius artis

Regula  
Asterol. à  
demoni. &  
iz a diabo-  
lus hono-  
ratur.  
positionem, a tellis dependentem; ut tellatur O-  
rigenes suprà, & Augustinus lib. 5. de ciuit. cap. 1.  
Secundo. Vrando hac diuinatione subiicit te  
disciplina diaboli, ex cuius traditione, per homi-  
nes curiosos ab ipso deceptos, regulae huius artis

& similium processerūt; ut docet La<sup>c</sup>tantius lib. 2.  
diuinarum instit. cap. 17. Apuleius apud Augusti-  
num lib. 8 de ciuit. cap. 16. & ipse D. Augustinus  
multis locis. non enim seria aliqua humana inge-  
nij inquisitione inventus esse vel ex eo patet. quod  
nulla in his experientia capi possit. ut autem often-  
sum est: omnis autem inventio humana est per  
experientiam. Itaque tacite honoras diabolum,  
vtendo eius documentis, ei que futurorum pra-  
encionum, quae soli Deo est propria, tribuis. & ha-  
c ratione est peccatum superstitionis.

Dices, Si diabolus aliquip veri tradat, possum illa veritate yti; quia veritas non est ipsius, sed Dei, & omnis notio veritatis à Deo est.

Respondeo itaene, illa, quod tradidit, per te  
verum sit; sed si in te sit falsum & vanum; nec  
habeat veri speciem, nisi diabolo procurante. tales  
autem sunt regulæ Astrologorum, Aruspicium,  
• Chiromanticorum, & similium: in scriptis enim  
sunt vanissima, & nullam cum natura rerum affi-  
nitatem habent; sed ut verae videantur, diabolus  
effictum procurat.

Tertio. Quia per vsum huius artis allicitur diabolus vt procuretea qua p̄adūcuntur, vt docet D. Augustinus lib. 2. de doctrina Christi. cap. 24. loquens enim de Mathematicis & aliis curiosis diuinitoribus ait. *Illi enim spiritus, qui decipere volunt, talis procurant cinq̄ue, qualibus eum irretiū per suspicione & cōsēnsione eius viderint.* Et paulo autē. *Que omnia tantum valent, quantum presumptione animorum* (id est, anticipata opinione) *quaes communī quadam lingua, cum demōnibus fideiata sunt, que tamē omnia plena sunt pestifera caroſitatis, cruciantis ſollicitudinis, mortiferā feruitur.* nō enim quia valebant animadueraſa sunt, sed animaduērēdo & ſignando factū est vt valerent. & ideo dīverſis diuerſa prouenient, ſecundum cogitationes & presumptiones ſuas, &c. Cū enim diabolus viderit iſta credi, dat operā vt eueniāt, vel videantur eueniāre, vt homines in hac pestifera opinione confirmet. Vnde pater ſecundūm D. Augustinū in vſi Astrologiæ ſubſeſe tacitum ſedus cum diabolo, quo ipse promittat Astrologis ſe illa procuraturum, ſi credantur & p̄adūcantur; ac proinde in eodem vſu contineret iam tacitam iuocationem vt iſta procuret, & dogmata ſua verificet.

Ha duæ rationes locum etiam habent in reliquis diuinationibus secundi & tertii generis, quæ sunt absque expresa invocatione: vnde etiam D. Augustinus de omnibus loquitur, & omnes eodem modo condemnat.

Dicit forte aliquis Astrologus, se non facere stellas causas futurorum eventuum, sicut facie-  
bant antiqui; sed signa dum taxat, Deum enim in celo, veluti in tabula quadam, descripsisse omnes eventus etiam liberos, ab initio seculi usque in finem futuros; quo modo in membranis per Prophetas descripta, quae futura erant circa Christum & Ecclesiam: quam sententiam expresse tradit Origenes apud Eusebium supradicti, cum fusè & eruditè ostendisset stellas non esse causas futurorum eventuum, eo quod sic introducatur fatum, tollatur libertas, & Deus constituantur malorum auctor: docet tamen esse signa diuinitatis, instituta ad omnia futura praesignanda: signa enim non officere libertari, sed causas. Quemadmodum enim potestis arbitrij humani minimè tollit, est Deus quemcumque facturi sumus præuiderit: ita

quælibet signa ad præsignandum diuinum constituta, libertati nostra nequaquam obesse: statuit igitur Origenes, vniuersum cælum quasi volumen quoddam apertum & membranam expansam, omnia futura in se descripta continentem. Probat Primò, Ex oratione Ioseph, vbi Patriarcha Iacob introducitur sic loquens: *Legi in tabulis celi quæcumque contingent vobis, & filiis vestris. Secundò, ex illo Apoc. 6. Complicabuntur cæli ut liber; vbi declaratur, inquit, significativa futurorum rationes adimplentes fore, sicut prophetias adimplentes dicitur cum iam euenerunt. Eadem sententiam fecutus est Albertus Magnus in Speculo, (si tamen hic liber est illius) & Cardinalis ab Alliaco q. 30. in Genesim, & lib. de Legibus & lectionis, vbi etiam docet, totam Christi vitam, eiusque miracula ex astris prædicti portuisse.*

**39**  
*Respon.*  
*Refutatur*  
*hac senten-*  
*tia.*  
*Non esse si-*  
*gnificativa*  
*natura-*  
*turale.*  
*Tripli-*  
*citer*  
*poteſt ali-*  
*quid esse*  
*signum na-*  
*turale.*

Respondeo Primò, Fundamentum huius sententiae esse absurdum & impossibile. vel enim stellæ sunt signa naturaliter significantia, vel ex arbitrio Dei institutione, si naturalia sunt, necesse est ut sint vel causa futurorum euuentuum, vel effectus illorum; (quorum vtrumque est manifestus error contra fidem, & rationem naturalem) vel ut aliquam naturalem connexionem cum euensis futuris habeant, ratione eiudicem causæ communis, sicut iris est signum serenitatis, quia causa, quæ facit iridem, soler plerumque facere serenitatem: & sol cæruleus imber denuntiat igneus euros, scilicet Virgilio, quia causa, cur hi colores in sole appareant, soler imberes & ventos gignere: & hoc etiam modo sidera non possunt esse signa futurorum euuentuum; quia Deus est agens liberum; vnde ex eo quod talia sidera fecerit, eisque talem motum dederit, colligi non potest quod tales vel tales euensis causabit. Secundò, Quia Deus non est per se causa operum humanorum, sed solum per liberum arbitrium hominis. Tertiò, Quia non potest dici causa operum malorum; quare saltem haec non poterunt sic præsignari. Quartò, Quia impossibile est, tam infinitam varietatem euentiful humanorum significari distinctè rebus tam paucis, tam uniformiter se habentibus: nam ea, quæ semper eodem modo & necessariò sunt, non possunt præsignare ea, quæ libere, & numquam ferre eodem modo sunt: signum enim deber accommodari signatu, & illud quodammodo sequi, ut ei possit accommodari & respondere. Itaq; cælestia illa vel non significant actiones humanas, vel actiones humanae necessariò eueniunt.

**40**  
*Non esse*  
*arbitraria.*

Si dicas, ea significare ex diuina institutione; sicut voces inter homines, eadem obici possunt: nam ea quæ necessariò & uniformiter sunt, non sunt idonea signa rerum contingentium & infinitam varietatem subvenientia; sed similem varietatem habere debent. vnde non minor pænè est vocum varietas quam rerum.

Deinde nemo, ne Angelus quidem, hanc significantem poterit intelligere, nisi Deus eam reuelauerit. quis enim scire potest quid Deus hoc vel illo aspectu vel concurru stellarum velit significari, nisi ipse mentem suam patefaciat; cum haec significatio sit denominatio extrinseca ab acto diuino, nihil ponens in ipso signo? itaque inutilis erit tota illa descriptio, & superuacans; cum absque reuelatione nihil iuuet; & reuelatio sola sufficiat. Denique per se absurdum est & ridiculum, Deum in illis stellis describere, quis, quo loco,

quibus parentibus nasceretur, quibus nuptiis, honoribus, opibus porietur, qua scelera commissuras, qua morte obiturus, & similes minutias, quæ mille modis in eodem variari possunt. Quare cum haec sententia nullam probabilitatem habeat, non possunt Astrologi per eam excusari. Oratio autem Ioseph, quam citat Origenes, est apocrypha. Illud ex Apoc. cap. 6. *Cælum recessit sicut liber molitus, solum significat, cælum oculis subductum fuisse & defuisse videri.*

Respondeo Secundò, Etiam si sententia ista probabilis esset, tamen excusari non possent Astrologi à dæmonum commercio & superstitione; quia Hac sententia non ex hoc significacionem humanum ingenium asserta est ut etiam Origenes fatetur. Itaque astrologi, necesse est ut eam norint vel diuina reuelatione, vel diabolico traditione. Quod autem illorū regulæ non sint ex diuina reuelatione, satis constat: tum quia særissime falsæ sunt; tum quia sunt eædem, quæ aliorum Astrologorum, qui stellas faciunt causas euentiful; nisi quod in illis loco causa datur signa, v. g. vbi alij Astrologi dicunt *sidera Martis facere homicidiam*, hi dicunt, *sidera Martis significare homicidiam*; ut inquit D. Augustinus lib. 5, de ciuit. Dei, cap. 1. vbi hanc sententiam refert & refutat: itaque eadem propositus est prædictio. Quare cum eædem sint regulæ, (vno dum taxat verbo mutato) & eædem omnino prædictiones; perspicuum est prouenire ab eodem magistro, qui hanc moderationem adhibuit ad dedecus artis & fraudes tegendas, & discipulos suos tutandos. Vnde etiam hic diabolo tribuitur prænotio futurorum, quæ Dei est propria; quod ad superstitionem pertinet. Deinde tacite inuocatur ut procuret quod prædictum, cum enim ipse præscire nequeat quid euentifulum sit, nisi se immisceret, necesse est si regulas suas tueri velit, manum adhibeat.

Confirmant hæc omnia, quia absolute damnatur ab Ecclesiæ & sanctis Patribus omnis huiusmodi prædictio, sive tamquam ex cauilibus, sive tamquam ex signis capiatur: nā reuerat eamdem foliicitudinem, curiositatem, desperationem, animositatem, præfidentiam, religionis contemptum, dæmonum societatem, apotropaiam animis hominū inducit. non enim tam curant homines scire causas euentiful, quam præfere ipsos euentialis. quibus præscitis nihil non audent, ut præficiant nihil non agunt, si spes sit præsciendi. Deniq; hæc astrologia *Iudicaria* est fundamento magia & omnis diuinationis, ut aij. eft docet Agrrippa magus lib. 2. *Occulta philosophia* *fundamenta* cap. 54. nam signa magica plerumque sub aliquo synasterismo seu confitillatione fabricanda sunt; & ea per quæ quis diuinat, similiter ad aliquos siderum aspectus referenda sunt & componenda.

Peres, Vtrum sit peccatum mortiferum, etiam si non prædicant tamquam certò euentiful?

Respondeo, Si aliquid particulare prædicat ab solute, v. g. hunc tali vel tali morte hoc tempore vel loco periturum; hunc futurum homicidiam, furem, Episcopum, & similia; grauiter peccant, & sunt puniri, etiam postea dicant le non certò sed probabiliter affirmare voluisse: quia alioquin omnes facilè se excusat, & contra iudices defenderent. Secundò, Si prædicat aliquid, maximè in particulari, cum circumstantiis, quarum non possunt reddere rationem nisi ex regulis Astrologie iudicariae; v. g. quia hora nativitatis erat talis cæli catastasis, non sunt excusandi, etiam solum dixerint

dixerint esse probabile aut verisimile: quia cùm reuerà nihil tale ex altris colligi possit, omnis talis prædictio referenda est ad disciplinam malignorum spirituum, & occultam eorum societatem. Et sanè perniciosum est, putare regulas illas esse probabiles, cùm eadem sc̄rē incommoda sequantur: & ipsi astrologi, quos Ecclesia damnat, t̄pē non plus dicant. taent enim suas prædictiones non esse semper certas, & posse interdum aliter evenire, nihilominus merito rei ciuntur tamquam impostores, & occulta commercia cum diabolo habentes, fallaciq̄ eius disciplina dedit. Si vero solum in genere prouinent, ita ut probabilis ratio reddi possit ex atate, dispositione corporis, temperamento, consuetudine vita, aut aëris affectione, quæ ex fidetur concursu vel aspectu proueniat; non sunt condemnandi.

Petes, Vnde ergo fit vt astrologi interdum etiam in particulari vera prædicant?  
Respondeo, Id fieri ex quatuor vel quinque causis; vt colligi potest ex D. Augustino lib. de diuinat. dæmoni cap. 3. & habetur cap. Sciendum. 26. q. 4. & lib. 2. de Genesi ad litteram, cap. 17. Primo, Id fit ex eo, quod dæmon s̄pē procuret quod prædictum est, vt pestiferam artem commendet. vnde maximè illi cauendi qui s̄p̄ius vera dicunt, vt monet idem Augustinus lib. 2. de Gen. cap. 17. quia certius est illos cum dæmon habere commercium. Secundo, Quia interdum casu ita accidit, vt idem docet lib. 7. confess. c. 6. Tertio, Quia animus hominis, cui bona denuntiantur, excitatur ad audendum, omniaque tentanda vt assequatur; persuadet enim sibi fauorem cali & numinis se habere: & è contrario cui mala, deicur in desperationem, putans numen sibi esse aduersum; & sic mirum non est si vt r̄ique quod prædictum est obueniat. sic exercitus s̄p̄ie vicerunt & victi sunt. Quartò, Quia res s̄p̄ie ex aliis circumstantiis sagaci ingenio conici potest. Quintò, Quia s̄p̄e dæmon suggesti sibi nota, præteritum cum hoc genus hominum plerumque expressum cum illo paetum & commercium habeat, vt docet D. Augustin. lib. 5. de ciuit. Dei cap. 17. in fine. His ade, eos multò s̄p̄ius falsa prædicere quam vera, sed illa non notari: imo Phavorinus apud Gelium lib. 14. cap. 1. sit, partem millesimam eorum, quæ quotidie prædicunt, veram non esse. Vide de eadem re Ciceronem lib. 2. de Diuinatione, vbi dicit: Promiserunt astrologi Pompeio, Crasso, & Cesari latissima omnia: non nisi iam fenes domi cum summa gloria morituros: ar quisque eorum infeliciteter & immature perire.

## D V B I T A T I O VII.

Quousque diuinitatio ex aliis signis, ad secundam speciem pertinetibus, vt ex motu, volatu, vocibus animalium, vel aliorum animalium, aut hominum capi possit.

D. Thom. art. 1.

<sup>44</sup> <sup>Quonodo</sup> <sup>N</sup>otandum est Primo, Hæc signa non posse inspici tamquam causas eventuum futurorum, (neque enim villus vñquam haruspex aut chiromanticus ita illa accepit aut intellexit) &

multò minùs tamquam effectus illorum evenientium, cùm præcedant illos. Itaque considerantur vt signa instituta & directa ab eadem causa, à qua eventus illi vel efficienter proueniunt, vel faltem vt res futuræ, prævisi sunt: quo modo Origenes dicebat, aspectus fidetur, futuros eventus præsignare.

Notandum Secundo, Hæc signa posse prouenire vel à sola causa naturali, vel ex peculiari directione diuina, vel procreatione dæmonis. His positis,

Dico Primo, Licitum est ex huiusmodi signis prædicere omnes eventus, qui per illa, vt à causa <sup>45</sup> naturali proueniunt, significari possunt; seu illos <sup>illis ut ut</sup> eventus, qui ab eadem causa naturali sequi solent. <sup>signis naturalibus.</sup> Sic ex volatu avium aut cantu prædicti possunt tempestates, venti, pluiae, serenitates, de quibus multa rei rusticæ Scriptores, & Virgilii in Georgicis, & Aratus in Phænomenis, versus finem. hi <sup>Quonodo</sup> enim motus in aubus & aliis animalibus ex eo <sup>co</sup> <sup>motus &</sup> <sup>cantus</sup> proueniunt, quod dum mutatio aurae ingruit, <sup>animum sit</sup> <sup>signum tempestatis.</sup>

Vertuntur species animalium, & pectora morus Nunc alios, alios dum nubila ventus agebat

Concipiunt. hinc ille anium concentus in agris; vt ait Virgilii, mutatio enim aëris afficit corpora anium, vel cerebrum aut spiritus animales, quam affectionem occulta nature consensu phantasia statim percipit, & per modum conuenientis aut disconvenientis apprehendit, & exterrit volatu vel voce significat: homines non ita præsentient ista, tum quia phantasia aliis est intenta; non enim gubernatur à rebus externis in homine vt in bestiis, sed à ratione & libera voluntate: tum quia insita non est hominibus (nisi forte ratione morbi, debilitate partis, aut peculiaris temperamenti) occulta illa & peculiaris sympathia cū mutatione cali, quam videmus in variis animalibus. Fatui tamen & stupidi, quia brutis affines, & sensibus non ratione reguntur, magis diuinant de rebus naturalibus quam prudentes; & dormientes magis quam vigilantes; & morti propinqui (nisi forte doloribus vel stupore sensuum impedianter) magis quam sani: partim quia corpora faciliter afficiuntur externis mutationibus, partim quia phantasia faciliter percipit.

Huc etiam pertinent coniectura Medicorum de tempore, inclinationibus, ingenio, valitudine, longa brevi que vita; quas ex habitu corporis, ex conformatione vultus & figura membrorum, ex colore & similibus capiunt. Item prædictiones illorum de morbis, morte, fanitate, crisi bona vel mala; ex pulsu, colore, sudore, aliisque naturæ excretionibus, suppressionibus, motibus, conturbationibus, & aliis signis, de quibus Hippocrates in Coicis; & Galenus opificulo de Crisibus, & aliis locis.

Dico Secundo, Quando certum est vel probabile, aliqua signa prouenire à Deo, vel singulari eius prouidentia dirigi ad aliquid præsignandum, (quod tamen perratum est) non est illicitum aliquam ex illis prædictionem capere de enentibus liberis. Sic columba deferens ramum olivæ virentibus foliis, erat signum, placatum esse Dominum, & aquas diluui exhausters, Genef. 8. Sic iris est signum non amplius delendi mundi per aquas, Genef. 9. Verbum Rebeccæ, Bibe domine mi, quin & camelis tuis hauriam aquam donec cuncti bibant, erat signum ipsam fore vxorem Isaac, Gen. 24. id enim pro signo petierat Eliézer famulus Abrahæ.

Sic